

A p̄tulimus, quia hoc commemorato, non senarij tm̄, sed & septenarij pariter dignitas astruetur. Humano partui frequētiorem usum nouem mensium, certo numerorum modulamine natura constituit: sed ratio sub asciti senarij numeri multiplicationē procedens, etiam septem menses compulit usurpari. Quābreuiter absoluteq̄ duos esse primos om̄ium numerorū cubos, id est, à pari octo, ab impari uigintiseptem, & esse imparem marē, parem foeminā superius exp̄simus. Horū uterq̄ si per senarium numerum multiplicetur, efficiunt dierū numerum, qui septem mensibus explicātur. Coeant em̄ numeri, mas ille qui memoratur, & foemina, octo scilicet & uigintiseptem, pariunt ex se quinq̄ & triginta. Hæc sexies multiplicata, creant decem & ducentos, qui numerus dierū mēsem septimū claudit. Ita est ergo natura foecūdis hic numerus, ut primam

B humani partus perfectionem, quasi arbiter quidam maturitatis, absoluat.

Discretio uero partus futuri (sicut Hippocrates refert) sic in utero dignoscitur: Aut enim septuagesimo, aut nonagesimo die conceptus mouetur. Dies ergo motus, quicumq̄ fuerit de duobus, ter multiplicatus, aut septimum, aut nonum explicat mensem. Hæc de prima septenarij copulatione libata sint. Secunda de duobus & quinq̄ est. Ex his dyas, quia post monadem prima ē, primus est numerus. Hæc ab illa om̄ipotentia solitaria, incorporis intelligibilis linea prima defluxit. Ideo & ad uagas stellarum & luminum sphaeras refertur, quia hæ quoq̄ ab illa quæ ἀπλανής dicitur, in numerum scissæ, & in uarij motus contrarietatem retortæ sunt. Hic ergo numerus cū quinario aptissime iungitur, dum hic ad errantes, ut diximus, ad cœli zonas ille referatur. Sed ille ratione scissionis, hic numero. Illa uero quinario numero proprietas excepta potentia ultra cæteras eminentis euenit, q̄ solus om̄ia quæq̄ sunt, quæq̄ uidentur esse, complexus est. Esse autē dicimus intelligibilia, uideri esse corporalia omnia, seu diuinum corpus habeant, seu caducum. Hic ergo numerus simul om̄ia & supera & subiecta designat. Aut em̄ deus summus est, aut mens ex eo nata, in qua species rerum continentur: aut mundi anima, quæ animarū omnium fons est, aut cœlestia sunt usq̄ ad nos, aut terrena natura est, & sic quinaris rerum om̄ium numerus impletur. De secunda septenarij numeri coniunctione dicta hæc, pro affectatæ breuitatis necessitate sufficiant. Tertia est de tribus & quatuor, quæ quātum ualeat, reuoluamus: Geometrici corporis ab impari prima planities in tribus lineis constat: his enim trigonalis forma concluditur. A pari uero prima in quatuor inuenitur. Item scimus secundum Platonem, id est, secundū ipsius ueritatis arcanum, illa forti inter se uinculo colligari, quibus interiecta medietas præstat uinculi firmitatem. Cum uero medietas ipsa geminatur, ea q̄ extrema sunt, non tenaciter tantum, sed etiam insolubiliter uinciuntur. Primo ergo ternario numero contigit, ut inter duo summa, mediū q̄ uinciret, accipet. Quaternarius ȳo duas medietates primus oim̄ nactus est, quas ab hoc numero deus mundanæ molis artifex conditorq̄ mutuatus, insolubili inter se uinculo elementa deuinxit, sicut in Timæo Platonis assertū est. Nec aliter tam controuersa sibi ac repugnantia, & natura communionem abnuentia promisceri, terram dico & ignem, potuisse per tam iugabilem competentia scederari, nisi duobus medijs, aëris & aquæ nexibus uincirentur. Ita em̄

adde 9 p̄ 27
faries 35 qua
multiphira p
6

Se Dyadis et qui
narij uis ac
uirtus.

si duas
dualitas

Latus ternarij
& quaternarij.

ele-